Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-ha32-171133730-536655405-10/fragment/page=0001

Hochzeit Carmina. Vol. I ~~Oeth. 490 à 491.~~

A. IV. 74 Quart.

58 30:6.

# PLAVSVS VOTIVUS NVPTIIS

*VIRI CLARISSIMI*

DN.

# M. MARTINI LI-PENII,

Incluti Halenſium Gymnaſii Con-rectoris digniſſimi,

SPONSI,

ut &

*Ornatiſſimæ, Pudiciſſimæque Virginis*

# ANNÆ BARBARÆ,

*Viri admodum Reverendi, Ampliß. Excellentiſſimi,*

DN. SIXTI BERTRAMI

S.S. Theol. D. ad D. Ulrici Paſtoris, & Gymnaſii Inſpectoris graviſſimi

FILIÆ DILECTÆ

*Halæ d. 29. Aprill. 1661. celebratis.*

datus

ab aliquot primæ claſſis alumnis.

---

HALLIS SAXONUM,
Literis Oelſchlegelianis.

40

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-ha32-171133730-536655405-10/fragment/page=0003

| | | | | |
|---|---|---|---|---|
| SI | morbis | aliqui | affliguntur | pernicioſis; |
| Non | tamen | ætatem; | Coriandrum, | Valeriana |
| Hunc, | illum | reficit | Tanacetum, | Perfoliata; |
| Sed | tua | LIPENI | recreabit | perdiuturnè |
| Te | radix | PYRETHRI, | medicamen | quotidianum. |
| Quod | fauſtum | jubeat | clementia | cunctipotentis. |

ABRAHAMUS Moßdorff/ Zizà Miſn.

---

*RItè ſonant Nymphæ ſolennia carmina plectro,*
*Lætitia choreas ducunt celebrantq́; Camœnæ.*
*Dum Cajum & Cajam zygiæ vis ducit ad aras,*
*Vos nupti curas Larium quoq́; ſedulò habete;*
*Hinc procul à vobis ſint Noxæ; Hinc vela ſecunda*
*Fortuna excipiat. Nunc terq́; quaterq́; valete.*

Iohannes Chriſtianus Salichius. N.H.S.

* * * * * * * * * * * * * * * * * * * * * * * *

VngVen CVM Pyrethro feLICe fLVóre LIqVesCat;
VtraqVe VoX proprIo Læta sIt aVſpICIo!

*Fridericus* Wagner/ *Noriberg.*

αἴνιγμα πυρέθρου

*Eſt mollis ſine flamma * ignis, ſine flumine * lympha.*
*Et tamen hic venas uſtulat, illa lavat.*

Andreas Schmid *VVinsheimio-Francus.*

*Farnab. in Ter. Eun. 1. 1.
*Voſs. l. 1. Gram. d. anal. cum Becm. in manud. ad L. L.

*Quid*

QUid Lipos? mollit: Pyrethrum? mollirier optat.
Aſpera molleſcant! Mollia mollificent!

*C. D. Schneider.*

* * * * * * * * * * * * * * * * * * * * * * * * * * *

DIvitiæ creſcant LIPENI, gloria creſcat;
Creſcat dulcis amor, creſcat & Ipſe torus.

* * *

DJe Muſen ſchreyen itzt: Der Bräutgam geh' in Frieden/
Hier hab' Er Luſt und Freud/ biß ſein Geiſt abgeſchieden/
Der ewig bleiben ſoll / die Eh' gerathe wohl
Weil bey den Häll'ſchen iſt die Saale/Saltz und Sool.

geſetzt

In Recht-Guter Meinung.

* * * * * * * * * * * * * * * * * * * * * * * *

DUm jam tempus adeſt, quo jungunt roſtra palumbes,
Jungis, LIPENI, nunc quoque *labra* tuæ,
Quæ tibi de Lybano venit exoptata, columbæ.
Det DEUS, ut pariat, pareat, haud pereat,

*hæc*

*Corde ex Sincero Paucula Miſſa ſcio.*

---

COnjugium felix precor, & cum prole beatum:
Stet pede candenti conjugialis amor.

*SEBASTIAN BALTHASAR* Brewitz.

---

*MARTINUS LIPENIUS*

ἀναγ.

*PLENI SUNT RAMI SUI.*

*PReſſa licet ſit palma, tamen ſtans ſurgit in auras,
Ac PLENI RAMI SUNT viridesque SUI.
Sic Thalamus concors, nec non á Numine totus
Dependens, auro, prole ſcatere ſolet.*

BENEDICTUS CONRADUS Pfreundt/
Brandenburgenſis Marchicus.

*Gratulor*

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-ha32-171133730-536655405-10/fragment/page=0006

GRatulor ex animo reverende Magiſter honores,
Conjugio quoniam dulcis tibi jungitur uxor.
Vivite vos igitur ſine damno Neſtoris annos:
Sit vobis pax, & rerum quoq; copia, proles.

IOHANNES LEPORINUS. Hannoveranus.

---

Mens Audiſſe Refert, Tibi Iam Nova Vota Soluta:
ANNA Bona A Regis Benedicta Abeat Radio Almi.

GABRIEL Zeiſing/
Kembergâ-Saxo.

---

ConnVbIa, AprILIs nona aC VICesIMa qVæ fert
LVX ConreCtorI, Vt faVsta, rogo, VsqVe frVant!

Georgius Samuel Dœrffelius,
Plavia Variſcus.

---

QUid tuum fruſtra quereris ſodalem,
Optime de te meritum, Minerva
Ingemens, ceſſa; Paphiæ dedit jam
nomen in album.

Andreas Bötthicher Erxleb:
Paleo March.

---

LIPENI ſocio tibi jungis fœdere Sponſam:
Det Deus, ut multa faciat te prole Parentem.

LUCAS VVALTERUS Damenſis Pomeranus.

---

MARTINVS miles: quia prælia miles ut acer
Nunc hymenæa facit. Pergito, læta precor.

Johannes Georgius Simon, H. S.

---

SAmbucæ merito, photinx, lyra, tympana, cornu
Commixtum reſonant nectare dulce melos,

Dum

*Dum MARTINE torum flagras celebrare jugalem*
*Cum caſta Myſtæ virgine BERTRAMIDÆ.*
*Sit ut concordes, animos Concordia jungit,*
*Et procul abſit Eris: floridus adſit Eros.*

Johannes Mejerus, Fridlandô-
Megapolitanus.

---

QUotquot habet Cœlum ſtellas, quot in æquore piſces,
Huic tot conjugio proſpera mente precor.

*Gottfried Limmer. W. M.*

---

NΥν ὅτ' ἑορτάζεις, Μνήςωρ, νυμφεύματα σεῖο
Δῆτα ἔφυ ὅσιον' Σοὶ μέλη ἠδὲ ἐρεῖν.
Σὺν Σοὶ ἔηστι Θεοῦ εὐφημίαι καὶ μετὰ Νύμφης.
Δὴν βιόθευε καλῶς ἐν ῥαΐᾳ ἀγαθῃ.

*Johannes David Wagavius, H. S.*

---

MUlta loquar paucis: altrix Pax optima rerum
Conjugij veſtri ſit, Neonymphe, comes.

*CHRISTIANUS* Wildvogel.

---

*PAucis multa volo: Tibi ſit, peramande Magiſter,*
*Conjugium felix, corde favente precor.*

*L. W. KUCHMEISTER.*

---

*MUnere qui Sponſis Canæ comparuit olim:*
*Adſit et his Sponſis, & benedicat eis!*

*GEORGIUS CALOVIUS, Regismont:*
*Marchicus.*

*Vivas*

Vivas longævos longævi Neſtoris annos
Conjuge cum dulci, thalamum benè Jova ſecunda,
Quicquid & occipies, cedat feliciter, opto.

Godofredus Schneider.

---

Barbara prima tibi ſiet Uxor, & ultima quacũ
Felix traducas tempora longa precor.

*Casparus* Bertram

---

*Sponſe tibi ingemino cum ſponſa Hymenæia vota;*
*Egreſſus veſtros beet introitusq; IEHOVA.*

*Conſtantinus Labes Damò Pomeranus.*

---

*Floreat, en, thalamus tuus opto, clare LIPENI,*
*Tempore qui cœpit florifero, ſobole.*

Chriſtianus Biccius Lipſ. Miſn.

---

*Ut ConCorDe toro Veſtro, aC VIrtVte VIrentI*
*Veſtra DIV CresCant, benè ſtIrpsqVe fVtVra VIgesCat,*

*Bartholomæus Buchholtz, Oſterburgenſ.*
*Palæo-Marchiacus.*

---

*Oceanus lymphæ guttas quot continet in ſe,*
*Quot ramos Sylvæ, tot bona fauſta precor.*

*Georgius* Schütze/ *Schne-*
*berga Bohemus.*

---

*Cum tibi legiſti Sponſam, doctiſſime Sponſe;*
*Sit torus ut felix, gratulor hocce modo:*
*Lipenius vivat chara cum Conjuge fauſtus.*
*Et cernat Pylii tempora terna ſenis.*

*Iohannes Casparus* Häger.

---

*Vivat MARTINUS, Vivat ſua BARBARA, donec*
*Ignis dat flammas, & mare præbet aquas.*

*FRIDERICUS HELWIGIUS*
*Colon. Marchicus.*

*lar'a*

B LanDa qVI es prope Vos, & proſpera teMpora ſanCtæ
Pacis, ſint prope vos proſperitatis opes.

LUDOVICUS EDELINGIUS
Löb. Sax.

---

S It Tibi conjugium felix, CLARISSIME SPONSE,
Dulci cum SPONSA tempora longa teras.

Hanns Ludowig ab Hanſtein.

---

C Onjugij auſpicium felix, felicius opto
Sit medium, finis ſit feliciſſimus Amen.

*Johannes Chriſtophorus Bleymollerus*
*Aurobaco-Variſcus.*

---

*C Armina jam referam; ſed qualia? profero votum,*
*Det DEUS omniregens, plurima fauſta Tibi.*

Chriſtophorus Sander
*Hall. Saxo.*

---

AD DOMINUM SPONSUM.

*M ulti multa tibi voverunt vota LIPENI,*
*Reſtat, ut his votis Maximus addat AMEN.*

*Chriſtianus Heinricus Ellenbergerus*
*Hall. Saxo.*

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-ha32-171133730-536655405-10/fragment/page=0011

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-ha32-171133730-536655405-10/fragment/page=0012

# PLAVSVS VOTIVUS NVPTIIS

*VIRI CLARISSIMI*

DN.

# M. MARTINI LI-PENII,

Incluti Halenſium Gymnaſii Con-rectoris digniſſimi,

## SPONSI,

ut &

*Ornatiſſimæ, Pudiciſſimæque Virginis*

# ANNÆ BARBARÆ,

*Viri admodum Reverendi, Ampliſſ. Excellentiſſimi,*

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-ha32-171133730-536655405-10/fragment/page=0013